

Bibliothèque numérique

medic@

Le Tourneur, Léon - candidat / Pietre,
Jean - président. - An qui è trucidati
vulnere antea sicco manat sanguis,
prodeunte etiam sicario, solâ effluit
putredine ?

1634.

Paris

Cote : ms 76 n°803

QVÆSTIO MEDICA.
QVOD LIBETARIIS DISPUTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA
IN SCHOLIS MEDICORVM. DIE IOVIS XVI. NOVEMBRIS.
M. IOANNE PIETRE, Doctore Medico Moderatore.

813.

fillesac.

An qui è trucidati vulnere antea sicco manet sanguis, prodeunte etiam sicario, solâ effluit putredine?



SANGVIS naturæ vim omnem continet : vitalem spiritum & calorem : venis reconditur : si fortè vena, eaque ampla, seu vulnere dissecta fuerit, effunditur ille, vnaque naturæ vires se se profunditate vitæ. Dissipato omnino spiritu, extincto calore, et si non omnes exhaustæ sint venæ, vulnus ipsum hiet, nihil quicquam sanguinis effluit, vel vulnus, quod antea multo manabat sanguine, iam siccum sit. Equidem grauiore morbo cum languent vires, Medici insu venâ peritè à cherugo scdâ, pænet etiam vulnere, non manat sanguis : quin si suum ille aliò conuerterit impetum, vt, qui exarserit in iras, si pugione confusus fuerit, necesse nec elabitur.



VI vulnere à sicario illato interit, immeritus motus, necesse à sanguis fatis : perit miser ante diem, ipso etiam ætatis curriculo propè decurso. Fatalis mors non nisi à ætate contingit : meruit venâ mori, quem scdâ extraxerit in cautâ victus ratione accensa, namque is mortem sæpius lacessuit intemperantiâ : cuiusvis interitus causa vnus est sanguis, siue exasperat, defeceritque, siue vitium contraxerit, aut è venis eruperit : thesaurus ille vite quandiù inera modum integer & purus in venis asseruitur, vitam naturæ & vigeat ab omni casu secuta.



ALOR sanguinis vindex est locupletissimus : hoc integritatis sue lenitate priuatus sanguis, corrumpitur, & putrescit : exesit putredine fibræ, quibus coheret sanguinis moles, fatiscensque venâ, pum hinc inde quandoque effluit, è naribus, ex ore, è locis : dilabitur quoque in habitum corporis, vnde luecit cutis, vel vniuersa, vel quibuldam supartibus : trucidato manat etiam ex eius vulnere, tum si fortè prodeat, qui cordis suspitione aspersus est, is, tanquam insigni indicio deprehensus, credis antea creditur communi hominum opinione. A. *antea* homines ignorant cruentum duntaxat tabum esse, quod tùm stillat è trucidato vulnere, itaque illud sui sponte effluere, alieno cieri non posse impulsu : nesciunt tùm equum spiritum nullum in cadauere residere, omnem euasisse, ex quo tempore anime & corporis nexus fuit solutus.



RVCIDATO, cum discesserit anima, nullus est sensus, vt quæ sicarij species, antea oculis hausta, & imis reposita fuerit sensibus, his omnino extinctis, deleta prorsus ea sit, nec eius horrore iam impellit sanguis possit, cum, trucidati corpore exanimi iacente, coram adfuerit sicarius. Quis vnquam sine mente & sensu horrere animo poterit : quo verò discidio commoueretur sanguis in vindictam, prodeunte sicario : odij nulla tùm concipi potest imago, nec ea etiam in animo consensu obuersari : perit animæ facultas omnis, in qua hæc versatur ægritudo.



VO quisque expirat momento, eo ipso vitalis caloris vis emoritur, manent duntaxat caloris vestigia : at horum vis & potestas nulla, impetûs nullus esse potest : subit putredo, quæ iam dominatur, & dissonantiam vniuersum tenet cadauer. Putredinis quidem ratio vna & eadem habetur : at modus varius est. Ecce cadauera fere omnia putredo hæret : sunt tamen quæ non male oleant, pyrorum modo (ea vulgus mollia appellat) quæ cum sint *flavæ*, icta putredine, eorum tamen odor & sapor non est ingratum, vt etiam esitentur : alia quamprimùm diffiunt sanie, quædam verò integra & illibata aliquanto apparent tempore : sane vt sua cuique est *induratio*, sua quoque est & peculiaris putredo : & quæ nitent foris cadauera, sordent intus putri tabo : sunt poma quæ roseo suffusa colore & decorâ pelle adeo speciosa, vt cuique blandiantur aspectu, attamen dissecta cernuntur intus vitiata putredine : vt vt sit, defunctum vni corpus mox putret, vt, quæ tunc eueniunt omnia, vna putredo promoueat.

Ergo, qui è trucidati vulnere antea sicco manet sanguis, prodeunte etiam sicario, solâ effluit putredine.

Proponebat Lutetiæ LEO LE TOVRNEVRS, Rhedonenfis. A. R. S. H. M. DC. XXXIV.

DOMINI DOCTORES DISPUTAVRI.

M. Georgius Iouduym.
M. Hugo Chastel.
M. Nicolaus Helior.

M. Iouan. Valerat.
M. Claudius Segm. P. R.
M. Iouan. Baptista Ferrand.

M. Petrus Beaurains.
M. Iouan. Texier.
M. Robertus Tulaué.